



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Pignus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ter crederet se, neque aliquid suum, peste esse infectum. num. 19.

Scholastici qui alloquuti sunt oppositores citra subornationem, & postea iactant se non alloquutos eos, non peccant. num. 19.

Iurans sine animo adimplendi, peccat mort. num. 12.

Iurans latroni se ei daturum centum aureos, non tenetur eos soluere, si intra se intellexit, *si teneor*, & tamen aliàs non debet, num. 14.

Iurans facere aliquid, credens, se non posse præstare, peccat mort. Secus si credit posse illud præstare, & facit quod in se est, quamvis postea non præstet. Peccabit tamen si transacto tempore statuto, quam citissime poterit, non præstet. num. 22.

Iurans se habiturum aliquid sub secreto, & postea manifestat, ubi & quando occultare tenebatur, peccat mort. Idem de inducente ad violandum huiusmodi secretum. num. 23.

PIETAS Filiorum erga parentes, vide Filius.

PIGNVS.

Creditor vtens pignore sine voluntate debitoris, cum notabili damno eius, peccat

cat mort. & est furtum: & si cum voluntate eius est usura. Nisi usus sit talis qualis gratis inter amicos conceditur, sicut liber. cap. 17. num. 203.

Creditor tenetur computare in sortem fructus pignoris deductis expensis. Et peccat utens usu, vel fructu pignoris cum peccato non computandi in sortem; potest tamen deducere impensas legitimas. num. 205. 206.

Tenetur creditor computare in sortem fructus, quos debitor non colligebat, nec colligere putabat. Idem si sua solerti industria ter tantos fructus colligit, quam debitori cogitabat. cap. 17. num. 216.

Dominus directus prædij, accipiens in pignus prædium emphyteuticum, non tenetur computare fructus in sortem, sed accipere eos sibi, concurrentibus tribus.

I. Quòd nil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat.

II. Quòd illud prædium nõ sit effectum melius, seu melioratum ab emphyteuta.

III. Quòd emphyteuta dominium utile emphyteutis gratis aut ferè gratis obtinuerit, ut communiter feudatarius solet obtinere. Nam siue ille siue feudatarius ad obtinenda sua utilia dominia soluit magnam summam pecuniæ, non potest dominus directus

rectas capere sibi fructus, saltem quando pensio, siue responsio pro eis soluenda longe minor est fructuum valore. Sed tanto plus ex fructibus retinere poterit, quanto minus pretium iusto, dominus utilis directo dedit. Eisdem conditiones debet seruari. Dominus directus in pignus accipiens pradium feudale, si non vult computare fructus pignoris in sortem. 218.

De emente pignus amissum ob vsuras non solutas, idem est ac de emente rem alienam. num. 265.

Qui misit pignus per nuncium non habet pro fideli, cuius dolo, vel culpa periit, tenetur restituere; secus si misit illud per nuncium communiter habitum pro fideli. Nam pignus quomodocunque pereat, Domino perit, nisi interueniat dolus, pactum, culpa vel mora. cap. 17. num. 185.

Creditor tenetur restituere, si eius dolo, vel culpa lata, vel leui pignus periit, vel notabiliter damnificatur, secus si culpa leuissima, vel casu fortuito, modo non precedat mora; nec pactum, quod pignus, quocumque modo periret, debitori periret. Idem de pacifcente cum debitor, quod eo non solvente ad certum tempus, pignus sibi cedat, vel ne post certum diem redimi possit, nisi pactum fiat in poenam debitoris, vt habeatur pro